



**R.P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, É Societate Iesv, In
Collegio Romano Eivsdem Societatis Olim Theologiae
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Dispvtationes
Scholasticae, & Morales, De virtute, & ...**

Lugo, Juan de

Lvgdvni, 1666

III. De thesauro Ecclesiæ, qui per Indulgentias dispensatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82358](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82358)

568 De Sacramento Poenitentiae.

illud debitum pœnae, consequens est, ut possit hoc etiam extra confessionem facere: quinidem ipse met penitens, si homo doctus esset, porro illeret facere illam commutationem: nam re vera non ipse facit; sed Summus Pontifex, qui per concessione Indulgentiae tribuit facultatem extinguendi debitum pœnae, quod erat fundamentum illius obligationis. Quas illationes approbarunt viri doctissimi salmantenses a me consulti, & illas etiam invenimus approbatas apud Patrem Ioannem de Salas, & Patrem Alphonsum Rodriguez in suis Manuscriptis, utrumque virum scriptis, & doctrina satis notum. Qui etiam cum aliis prudenter adiutunt, consulendum semper esse pacientem, ut opera impostrum, quoad fieri possit adimpleat, nec debere pacientias omitti Indulgentiarum occasione: quia illa opera imposta etiam fuerunt a Medico ex desiderio salutis: & quia profluit ad meritum, quod plurius faciendum est, quam redemptio pœnae temporalis: & quia frequenter homo reus est maioris pœnae, quam putat: & faciliter contingit, ut post Jubilatum; etiam reus maneat alicuius pœnae; quia propter varias causas Indulgentiae effectus potuit, ex aliquo saltu parte, impeditur. Ultimum adiutendum est, doctrinam positam locum habere, quando quis lucratur Indulgentiam plenariam; non vero ille lucretur partiale: quia fortasse illa non aequivaleret roti pœnae, quam pro illis peccatis pacientis debebat.

S E C T I O III.

De thesauro Ecclesie, qui per Indulgentias dispensatur.

32.
Ecclesia thesau-
rus aua-
datur.

Fuit prima sententia Maironis in 4. distinct. 19. quest. 2. non dari tales thesaurum, neque ex satisfactionibus Christi, neque ex satisfactionibus Sanctorum. Fundari autem videtur in alia sententia falsa, quod satisfactiones, aut merita Christi non fuerint infiniti valoris, quam impugnauimus diff. 6. de Incarn. sent. 1. Sed adhuc data illa sententia, non negant eius Auctores, acceptata fuisse a Deo Christi merita ad valorem quasi syncategorematice infinitum, hoc est, cum sufficientia ad redimendam omnia peccata hominum quod culpas, & penas: quod sufficeret in rigore ad perpetuatem thesauri, ut probat bene Suarez diff. 5. sent. 1 n. 7.

Secunda sententia est Durandi in 4. dist. 20. q. 3. qui negavit, hunc thesaurum constare ex meritis, vel satisfactionibus aliorum Sanctorum præter Christum. Tertia sententia esse potest, quod thesaurus constet etiam ex meritis de conguo Sanctorum; non tamen ex satisfactionibus condignis superfluis: in cuius favorem multa congerit Suarez sent. 2. num. 7. licet ipse tandem eam deferat.

Prima conclusio sit, thesaurus constantem ex meritis, & satisfactionibus Christi negari non posse salua fide. Ita enim docet expeditus Clemens Pa- pa VI. in Extravag. Vniuersitatis de poenitentia, & remiss. vbi ad concessionem Indulgentiae plenissimæ præsupponit hoc fundamentum de thesauro infinito, quem Christus Ecclesia militanti acquisivit, cuius thesauri dispensationem Petro, & eius successoribus commisit. Idem definitus Leo X. in Bulla ad Caet. quem refert idem Caet. 3. part. quest. 48. art. 5. Et quidem supposito valore Indulgentiarum, quem Maironis non negat, non potest negari, illum fundari in meritis Christi, cum nullum nobis beneficium spirituale conferatur, aut condonatio pœnae, nisi propter Christum: si ergo est potestas in Ecclesia condonandi debitum pœnae extra Sacramentum, debet fundari in valore

meritorum Christi. & eius satisfactionum, quae satisfactiones sunt causa magis vniuoca, & homogenea, ac proinde magis proportionata ad expandum debitum pœnae, atque adeo non debent excludi ab hoc thesauro.

Secunda conclusio sit, hunc thesaurum constare etiam ex satisfactionibus superabundantibus aliorum Sanctorum. Hæc conclusio colligitur ex verbis eiusdem Clementis V. in dicta Extravag. Vniuersitatis de poenitentia, vbi addit: Ad cuius quidem thesauri cum B. Dei Genitricis, & omnium Elektorum a primo iusto usque ad ultimum merita administraculum preflare nos coenit. Idem constat ex illa Bulla Leonis X. vbi expeditus ait, Pontificem thesaurum Iesu Christi, & Sanctorum possit dispensare, quod sub excommunicationis pena teneri, atque doceri precipit. Denique hoc ipsum constat ex Pio V. & Gregorio XIII. in Bulla contra propositiones Michaelis Baij, inter quas sexagesima erat haec: Per passiones Sanctorum Indulgentias communicatas non propriè redimuntur delicta; sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impartiuuntur, ut digni sumus qui pretio Sanguinis Christi a penitentia pro peccatis debitibus liberemur. Ratio denique est: quia Sancti habuerunt plurimas satisfactiones, quibus ipsi tunc non indigebant, sed quod vel sufficienter solvissent, & satisficerent iam prius pro debito proprio: vel, quia maior fuit satisfactio, quam debitus, ut contingit Martyribus atrocissima tormenta patientibus. Deus autem, qui nullum meritum condignum absque præmio reliquit, cum illis operibus, ut factis factoriis, nullus effectus correspondit, congruentissime illa opera in thesauro sine memoria reliquit, ut saltem in aliis indumentis aliquando effectum possent habere; cuius thesauri claves, & dispensationem Summo Pontifici commisit.

Vnde infero contra tertiam sententiam, non sufficere, quod merita congrua Sanctorum sint in thesauro, & concurrent quia de conguo ad effectum Indulgentia. Primo, quia Leo X. in predicta Bulla docet, hanc concessionem Indulgentiae, & dispensationem thesauri, fieri per modum absolutionis, vel suffragij, vel solutionis: solvere autem dicit obligationem pretij, condigni pro pena: quare non concurrent Sancti per sola meca congraues, sed satisfactiones condignas. Vnde idem Leo X. Pontifex præmit, concedi Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi, & Sanctorum: vbi præpositio ex, videtur significare premum potius, quam causam impetrantem. Et potè subdit, hunc thesaurum meritorum Christi, & Sanctorum dispensari. vbi etiam verbum dispensandi significare videtur erogare, & solvere pretium. Denique propria illa Baij supra relata, & reiecta a Pio V. & Gregorio XIII. continet, per passiones Sanctorum, Indulgentias communicatas non proprie redimuntur delicta. Vnde in rigore sermonis fatidum erit, quod passiones Sanctorum depositæ in thesauro concurrent redimento, hoc est, solvendo de condigno pro pena à nobis debita.

Quomodo autem satisfactiones præter Sanctorum possint nunc prodelle de condigno? Respondet Suarez dicta sent. 2. num. 17. ad 2. Durandi, pleniora infirmatio præmissa.

ex illa voluntate, vel applicatione virtuali, quam habuerat. Secundo, & à priori: quia ego non possum applicare ieiunium meum præsens pro peccato Peri futuro; non enim sum dominus operis, nisi cum actu operor, ut *suprà* vidimus: ergo Sancti, dum erant in hac vita, non potuerunt validè applicare suas satisfactiones pro necessitatibus futuris. Ad quid ergo attendi debet ad eorum implicitam, aut virtualē intentionem, si etiam expressa, & formalis nihil valeret?

Respondeo secundo idem Suarez, Ecclesiam veluti iure hæreditario succedere in eiusmodi bonis suorum filiorum, quæ ipsi aliis non dederunt. Sed contra hoc etiam est, quod hæc non posse habere plus iuri, quām habere ipse defunctus, si vivet: sed ipfmet iustus, si vivet, non posset nunc applicare suum opus præteritum, pro me: ergo neque Ecclesia, ut hæres illius, poterit applicare.

Dicendum ergo videtur, hanc applicationem non fieri ab ipsis Sanctis, sed à Deo, qui manet nunc Dominus illorum operum, & potest nunc ea applicare. Dices: Illemet, qui fecit opus bonum, non est postea dominus illius: ergo nec Deus. Respondeo negando consequentiam. Nam valde diverso modo Deus est Dominus illius operis, ac homo. Quia homo est solum Dominus quasi actiū, quatenus potest illud facere, quando potest facere, & non facere: Deus autem est etiam Dominus alio modo, quatenus condigne potest moueri, & non moueri, ad remittendam alteri pœnam intuitu pœnae alienæ: quia enim est, ut, si heri ille innocens laudabiliter passus est, hodie, quando eius frater deliquerit, computetur pœna hesterne fratris innocentis pro illa, quam hodie iste debebat, & absoluatur iste intuitu pœnae, quam eius frater innocens heri laudabiliter sustinuit. Hoc ergo dominum semper manet penes Deum, quod non est posse facere opus pro hoc, vel illo; sed posse moueri de condigno ad remittendam reo pœnam intuitu pœnae, quam frater innocens laudabiliter passus est. Itaque Papa nomine Dei, non nomine Sanctorum, applicar corum satisfactiones necessitatibus presentibus.

Obiicies primo: quia in Sacramentis non applicantur nobis satisfactiones Sanctorum, sed solius Christi: ergo neque per Indulgencias: sufficit enim satisfactio infinita Christi in utroque casu. Respondeo negando consequentiam: quia, licet sufficiat satisfactio Christi, & licet in Sacramentis ipsa sola, & eius merita applicentur, quia Sacramenta sunt fundamenta nostræ religionis, quæ a solo Christo habent efficaciam; in hac tamen relaxatione, quæ sit per Indulgencias, voluit ipse honorare Sanctos, & afflumere eos tanquam socios ad absolutionem, & liberationem nostram: quod ex ipsa Ecclesia traditione satis constat.

Obiicies secundò: Pontificis concedens Indulgencias non iemittit, vel absolvit auctoritate Sanctorum: ergo non dat Indulgencias ex eorum satisfactione. Negatur etiam consequentia: quia, licet ex Sanctorum satisfactione fiat solutio; non tamen sit per potestatem acceptam ab ipsis Sanctis, qui nec potuerunt illam dare, sed per potestatem à Deo acceptam, quis solus poterat hanc pœnam præterite acceptationem facere pro pena nunc debita.

Obiicies tertio: Ergo non solus Christus redemit nos, sed etiam Sancti, qui suis passionibus nos liberant à pœna debita, possunt dici nostri redemptores. Respondeo, hoc argumentum magis directè probare contra suffragias, quæ unus iustus offerit pro alio defuncto, v. gr. tunc enim magis pro-

P. Joan. de Lingo de Panisperna.

priè posset dici, cum redimere, cùm offerat determinatè opera sua in pretium pro eius libertate. Dico igitur, Sanctos non appellari propriè nostros redemptores. Primo, quia redimere est actus moralis procedens ex voluntate redimendi, liberatio autem nostra non procedit, ut vidimus, ex intentione, qua Sancti offerent pretium pro nobis: sed ex voluntate Dei computantis illam pœnam pro solutione nostri debiti. Secundo, quia redemptor simpliciter, & absolute in præsenti materia, & negotio nostræ salutis non est, qui auferret aliquod impedimentum, & dilationem; sed qui liberat nos à seruitute peccati, & damnatione eterna, quod solus Christus fecit: quare neque etiam, qui offert suffragium pro defuncto, dicitur simpliciter eius redemptor. In aliquo tamen sensu magis limitatio concedi potest, quod redimunt à debito pœnam per passiones Sanctorum: id est enim Pius V. & Gregorius XIII. reiecerunt propositionem illam Baij *suprà* adductam, hunc loquendi modum admittere nolentes.

Obiicies quartò, hanc doctrinam non cohædere cum doctrina Clementis VI. in *predicta Extravaganti, Vnigenitus*. Nam Pontifex ibi non loquitur de satisfactionibus; sed de meritis Sanctorum, per quæ dicit augeri thesaurum Ecclesie. *Ad cuius*, inquit, *thesauri cundum B. Dei Genitricis, & omnium Electorum merita à primo iusto, usque ad ultimum, administrum præstare noscentur*. Ad hoc facile responderetur, *ibi* sumi merita, vel materialiter, vel largo modo: nam, quia satisfactiones omnes sunt etiam merita condigna, & licet non reponantur in thesauro sub ratione meriti, seu ad merendum, sed ad satisfaciendum; ipsum tamen satisfacere fit ad modum meriti, & largo modo appellatur mereri; id est nominavit illa opera sub nomine magis noto, & vulgari *meritorum*, cùm reuera merita sint.

Sed contra solutionem obiicies quintò: quia si non loquatur Pontifex de meritis formaliter, ut meritis, doctrina ipsius vera esse non potest: dicit enim merita omnium electorum, à primo usque ad ultimum, deseruire ad augendum hunc thesaurem. Quod quidem de satisfactionibus verum non est, nam multi iusti, & Electi fortasse nunquam habuerunt satisfactiones superfluas, & superabundantes; sive quia indigebant sibi, sive quia, si aliquibus non indigebant, eas pro aliis viuis, aut defunctis applicarent; atque id est ex illis non auxerunt cumulum thesaurei: ergo debent verba illa intelligi de meritis quæ null Electorum defuerunt; & illa eadem ut imperatoria de congreuo repositi manent in Ecclesiæ thesauro.

Confirmatur ex verbis sequentibus eiusdem Pontificis, quibus hunc thesaurem inexhaustibilem esse ostendit. *De cuius consumptione inquit Clem. VI,* seu ministratio, non est aliquatenus formidandum: tam propter infinita Cori, ut predictum est, merita aquama pro eo, quod quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad infinitam; tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Que ratio in satisfactionibus non videtur probare, cùm non omnes, quibus applicatur thesaurus, augeant postea illum propriis satisfactionibus superfluis, sicut augeant propriis meritis, si iusti sunt.

Propter hæc Pater Suarez *dicit sect. 2. num. 14.* & seqq. dicit, opera iustorum sub utraque ratione manere in thesauro Ecclesiæ, scilicet, ut merita congrua, sub qua ratione omnia eorum opera manent; & ut satisfactiones, sub qua ratione manent, satisfactiones eorum superabundantes: & id est posse aliqua de illis, ut merita sunt,

B B b 3 verificari.

verificari; licet non verificantur, ut sunt satisfactiones. Quare inexhaustibilitatem thesauri magis videtur Pontifex ex augmento meritorum probare, quam satisfactionem: quia sub ratione meriti omnes electi concurrunt ad augendum; non vero sub ratione satisfactionis.

Hac responso iam videtur aliquo modo deficere à rigore sententiae, communis, quam in conclusione proposuimus: quare contra illam fieri possunt argumenta, quibus probauimus, thesaurum non componi sufficienter ex meritis congruis, sed ex satisfactionibus condignis Sanctorum. Deinde ex ipso contextu Clementis VI. reliqui potest. Primo, quia ibi Pontifex loquitur de thesauro, qui applicetur, & dispensetur per Pontificem: dispensare autem significat distributionem, & exhibitionem pretij, dando partem vni, & partem alteri, quod impetratio non competit, sed satisfactionem. Secundo, quia merito ille, quod thesaurus consumatur, & exhaustatur, contra quem Pontifex opponit multitudinem meritorum in dies accrescentium, & augmentum ipsum thesaurum, non potest intelligi de exhaustione sola meritorum; sed multò magis satisfactionum: nam, licet manerent in thesauro merita congrua Sanctorum ad impetrandum nobis veniam, si exhaustae fuissent satisfactiones, multò magis, & merito meruisse possemus de inefficacia thesauri ex hac parte: deficiente enim pretio condigno, quo redimerentur nostræ poenæ; meruere iam possemus de debilitate, & incertitudine Indulgencie, que solidam immitteretur impetratio congrua ex meritis præteritis. Si ergo Pontifex hunc timorem excutere voluit, non debet recurrere ad multitudinem solam nouorum meritorum, exhausta omnino satisfactione thesauri, debemus, ergo persistere in satisfactionibus contentis in thesauro sine recurso ad merita.

Aliter itaque respondendum est ad obiectiōnem, & dicendum, propositionem illam vniuersalem non esse intelligendam de omnibus Electis materialiter; sed per distributionem accommodam: ut sensus sit, satisfactiones omnium electorum, a primo usque ad ultimum, qui habuerunt satisfactiones superfluas, reponi in thesauro. Quem sensum omnes debent admittere, etiam si intelligent de meritis congruis. Nam, sicut possunt esse aliqui electi, qui nullam habuerint satisfactionem superfluam; sic possunt esse aliqui, qui nullum habuerint meritum: quia, ut omittant parvulos Electos, quorum certè nullum meritum in thesauro reponi potuit; inter adulcos etiam aliqui potuerunt iustificari cum attritione præcedenti per Sacramentum paud ante mortem, ita ut nullum meritum, aut satisfactionem exercuerint postea in statu gratiae: præseri, si petito Baptismo, vel absolutione, amiserint sensum, & in eo statu Sacramento suscepto decesserint. Et quis scit, quod ultimus Electus non sit futurus talis? Non ergo intendit Pontifex, quod omnes prolus Electi, & singuli aliquid debeant ad communem thesaurum conferre; sed, quod omnium opes, si quæ sunt, ad illius augmentum conducunt. Nominem autem meritorum, seu satisfactionum simpliciter intelligunt solæ superflua: nam, quæ superflua non fuerunt, non intelliguntur adhuc extare, cum expensa, & consumpta fuerint in effectu adequato, & condigno, quem iam habuerunt; illæ tamen, quæ adhuc non habuerunt suum effectum, intelligunt durare, & extare: atque idcirco verum est, omnes satisfactiones Electorum, scilicet, quæ adhuc extant, repositas esse in thesauro; & hic est sensus legitimus illius propositionis vniuersalis, quam

clarius explicuit Leo X. in predicta Bulla dicens, fieri hanc solutionem ex superabundantibus Sanctorum operibus, & hanc fuisse Romane Ecclesiæ doctrinam.

Ad confirmationem dicimus, etiam si verba illa intelligentur de meritis, explicanda ab omnibus esse, cùm non sit necesse, omnes, quibus Indulgencia applicatur, addere postea non merita ad thesaurum, ut vidimus cùm fieri possit, quod is, cui in mortis articulo Indulgencia applicatur, non possit postea vnum meritum exercere. Debet ergo intelligi de necessitate quadam morali, & humana modo: nam plerunque illi quibus Indulgencia applicatur, cùm liberi iam sint à proprio reatu poenæ, habebunt satisfactiones sequentes magas ex parte superabundantes, & thesaurum augebunt. Vbi obiter nota, quando Pontifex dicit, quanto plus ex thesauri applicatione trahant ad iustitiam, multò magis accreceretur ipsorum cumulum meritorum, non esse intelligendum de vera, & rigorosa iustificatione: cùm si certum, per Indulgencias non iustificari hominem a peccato, & transire ad statum gratiae; sed debere intelligi de iustitia laicis accepta, propterea significare iustificationem, seu mundationem à reatu poenæ: quam iustificationem, dum per Indulgencias consequimur, expediat à propriis debitis reddimir magis expediti ad thesaurum augmentum propriis satisfactionibus, quibus iam non indigemus.

Obligies sexti, ex hac doctrina sequi, quod etiam in lege antiqua fuerit thesaurus ex satisfactionibus superfluis Electorum, atque adeo potuisse tunc etiam esse Indulgencia rum usum per applicationem, & distributionem thesauri communis. Respondetur, concedendo, fuisse tunc thesaurum: quod indicat Clemens VI. dam dixit, a primo usque ad ultimum Electorum potuisse augeris sed tamen erat clausus, non dara potestate vli homini aperiendi, & distribuendi illum, prout data est Pontifici in legge nova. Dixitus enim supra, illas satisfactiones non remanere in domino hominis operantis, aut cuiusvis alterius; sed solius Dei, quatenus potest moueri, & non moueri condigne ad remittendam poenam aliqui intuici illius penae, quam eius frater laudabiliter, innocens, passus est. Deus ergo, qui solus potest illas satisfactiones præteritas acceptare, referuntur legi gratiae hanc liberalitatem, & claves huius thesauri, præsertim cùm ante merita, & satisfactiones Christi esset valde diminutus, & multò inferioris dignitatis, & excellentiae.

Peres an, in thesauro reponantur satisfactiones superflua Electorum solum, & prædicatorum operis postea in etiam reproborum iustorum: nam Clemens VI. in predicto loco de solis Electis mentionem fecit. Respondetur distinguendo: nam post eorum mortem non manent in thesauro satisfactiones reproborum: dum autem sunt in hac vita, utrumque satisfactiones sunt in thesauro, quandiu sive in statu gratiae; neutrorum dum sunt in peccato, etiam si fuerint postea in statu gratiae. Ratio est, quia satisfactiones imitantur metra: quare, sicut merita iusti postea per peccatum mortificantur sic etiam satisfactiones: & sicut merita per pontifikatam reuiniscunt; sic & satisfactiones. Unde, quando homo moritur in peccato, omnes eius satisfactiones, sicut & merita penitus delentur, nec sunt amplius in thesauro: quomodo enim nunc Deus condonaret aliqui poenam intuici satisfactionis, quam Iudas habuit, dum erat in gratia: nonne hoc esset aliquod modo retribuire preium, & remunerare opera Iuda? cùm tamen ipse

Ipse modo non sit in statu quo premium vel remuneracionem condignam aliquam possit recipere; quia omnem dignitatem per peccatum & condemnationem perdidit. Ideo Pontifex in illis verbis, Electionem solum meminit: quia loquebatur potissimum de thesauro ex defunctorum meritis constante: non tamen exclusit, quod aliqua etiam satisfactiones reprobaram viuentium in eo reperiantur, qui adhuc in gratia perserant.

SECTO. IV.

Verum Indulgentia meritorum, nisi ex thesauro, conceduntur; vel e contra, thesauros, non nisi per Indulgentias dispensentur.

EX dictis inferitur primò resolutio alterius dubij, an Indulgentiae aliquando concedantur aliter, quam ex thesauro praedicto. Aliqui enim agnoscunt in Pontifice porestatem ad vtrumque scilicet, ad remittendam immediate penam, sicut potest ex causa dispensare in voto, aut remittere penam a iquam ecclesiasticam in foro externo, absque applicatione thesauri; & potestatem etiam ad soluendum ex thesauro pro debito penae; & aliquando hoc, aliquando illo modo indulgentias concedit, frequenter tamen vroque simul. Ita docuit Medina de indulgentiis, disputat. 8. prefertum cap. 40. 41. & 42.

Hæc tamen sententia est contra communem Theologorum, qui docent, semper procedere ex thesaure dispensatione, & applicatione. Indulgentie concessionem, cum S. Thoma in 4. diff. 20. q. 1. art. 3. quaest. 1. ad. 3. & aliis, quos refers, & sequitur Suarez disp. 51. sect. 3. n. 5. Et quidem, si sermo sit de thesauro, prout saltem continet Christi merita, negari non potest, necessarium semper illum esse ad indulgentia concessionem, cum enim nullum beneficium nobis concedatur in ordine ad animę salutem nisi per Iesum Christi merita; consequens est, ut & potestas illa Pontifici concessa, & ipsa pena remissio ab eo facta inniti debet meritis Christi, quorum intuitu illa omnia rata habentur a Deo.

Rursus, loquendo de eodem thesauro, prout continet etiam Christi satisfactionem, quatenus ex sua satisfactione formaliter distinguntur à meritis, dicendum videtur, non posse indulgentias concedit sine eius applicatione. Quamvis enim merita Christi propter suum valorem infinitum sufficient ad absolvendam nostram salutem per modum meriti condigni: cum tamen Christus de facto non sollem meruit, sed etiam satisfecit, oportebat, ut eius opera concurrent, non solùm ut meritaria, sed etiam ut satisfactoria ad eos effectus, qui sunt proprii satisfactionis. Primo, quia alioquin satisfactiones Christi, ut tales sunt, manerent otiosæ, inutilis, & sine ullo effectu: quod cum Deus neque in Sanctorum satisfactionibus superfluis fieri velit, & idem curia intuitu aliorum penas condonet per Indulgentias, ut dicimus; multo minus de Christi satisfactionibus dicendum esset, quod qui dem ex aliquo capite magis debebat in satisfactione caueri, quam in merito. Quia meritum Christi poterat ipsi veile esse cum aliquam sibi meruerit: satisfactione vero ipsi Christo nihil prodeesse poterat in ordine ad se, cum nec pro culpa, nec pro pena propria posset satisfacere, atque adeo multo magis otiosa, & inutilis esset satisfactione, si nobis non applicaretur, quam meritum.

Secundo, quia congruenius est, & iuxta diuinæ prouidentiæ usum, ut effectus, quoad fieri possit, procedant ex causis, ut vniuersis, vel eiusdem or-

dinis: quando ergo agitur de remittendo penæ debito, oportebat, cum id fieri posset quod fieret per applicationem penæ, & satisfactionis ut sic vniuersis satisfactionis, & penæ debitum congruentius tolleretur per alterius penæ solutionem, & satisfactionem.

Tertiò, quia hunc etiam modum exigit diuinæ iustitiae, vt licet ex parte peccatoris gratis ei remittatur pena, diuinæ tamen iustitiae satisfiat per condignam satisfactionem: ut sic & misericordia, & iustitia Dei in hoc opere, sicut in exercitu, resplendat: satisfactione autem iustitiae melius applicando satisfactionem, quam sola merita Christi, quia, quand propter merita remittitur pena, vere sit remissio; hoc enim obtinent merita ut remittatur pena: quando vero offertur satisfactione condigna, aliena, licet nobis dicatur remitti, quia nos nihil soluimus, vere tamen non remittitur, sed redimitur pena oblatro prelio aequali; hoc autem magis congruit iustitiae diuinæ, ut peccata non maneat impunita.

Quartò, hoc ipsum colligitur ex verbis Pontificis, qui hanc Indulgentia concessionem appellare solent solutionem, & dispensationem thesaure; dispensare enim, & solvere, ut Medina etiam facetur, non significat gratuitam remissionem, sed solutionem pretij: non ergo sit pro sola materia, sed per satisfactionem etiam Christi: nam merita non excludunt veram remissionem, ut vidimus,

Hinc infero primò, hoc ipsum dicendum est, quando per Sacra menta fit remissio penae ex opero operato, ad hunc effectum non solùm concurrere Christi merita, sed etiam eius satisfactiones, ut effectus ille fiat per causam magis proportionatam, & propter alias rationes adductas. Vnde magis Paludan. in 4. diffinct. 10. q. 4. p. 4. distinxit quod hoc inter Baptismum, & Penitentiam, ut in Sacramento Baptismi applicaretur satisfactione Christi & ad remissionem peccati originalis: ut in Sacramento penitentie non applicaretur satisfactione, sed meritum Christi ad remissionem peccati actualis. Quod sine fundamento assertur, & contradictionem: quia in vroque casu suppletur satisfactione nostra pro vroque peccato, quam exhibere non possumus: ergo debet suppleri per satisfactionem Christi, quæ, cum sit satisfactione infiniti valoris, poterit acceptari, & pro culpa, & pro pena per modum satisfactionis, & tam pro culpa actuali, quam pro originali. Vnde non solùm in Sacramentis, sed etiam extra illa, quoties nobis remittitur culpa, siue mortalis, siue venialis, siue satisfactione condigna ex parte nostra, debet propter eamdem rationem, applicari non solùm meritum, sed etiam satisfactionem Christi. Quando vero homo iustus per condignam satisfactionem satisfacit pro debito aliquo peccati temporalis, licet debeat applicari Christi merita, non solùm antecedenter, ut conferatur gratia efficax ad illud opus bonum; sed etiam consequenter, ut satisfactione acceptetur a Deo; non tamen video, ad quid debeat tunc applicari satisfactione Christi, postea iam satisfactione condigna hominis iusti: quia cum hec sit solutione condigna, & aquivalens; non oportet applicare aliam solutionem, nisi velles solvere supra condignum sed solùm petere, quod acceptetur ista solutione. Sicut, si velles emere equum a Joanne pretio iusto, posset ut opera Petri, ut obtineret a Joanne, quod vellet acceptare pretium pro equo: non tamen debere a Petrus offerre aliquid pretij ex parte sua ultra pretium iustum, quod ei offers, alioquin iam daretur pretium supra iustum. Sic in praesenti videntur applicari merita Christi, ut ob-

*Ad remissio
penae ex
opero operato
per Sacramen-
to quid cor-
ciatur.*